

1471, in Febr vel Martio

593.
Ex Arch Capital Varmie

Casimirus Deo gratia Rex Poloniae magnus
Dux Lithuania Russia, Prussia. Dominus et hares.

157
Reverendissime in Christo Pater amica noster dilecte eaque
literis suis scripsit nobis ^{Pater} Nicolaus Jungen
partes et vices pro eo interponendo ac de intentione nostra
et voluntate hoc in negotio cupiendo informari ad plenum
intelleximus nolumus igitur Paternitati Vestrae esse non
incognitum quod cum ipse Nicolaus Jungen nobis seopo-
suerit et contra voluntatem mandatorum Ecclesiae Varmien-
in Terris nostris Prussiae consistentium, utatque ad nomina-
tionem ad defensionem nostram uti veri Patroni et Do-
mini legitime spectantem ambire non est veritas et ego
nos Praetor et bonor totius Ani nostri habito consilio
unanimes assensu deliberavimus et instituvimus eundem
Nicolaum adversarium nostrum illuc nullatenus admittere
quinimo ipsum pro tali quem se operibus erga nos probasse
noscit merito habebimus de quo sit contra Vestra Paternitas
mentis nostrae deliberationem nullius persuasione nulli-
us denique interceptione posse unquam quoquomodo alterari
provisum in me est pro rei oportunitate saliter, quod voti
sui effectum nunquam proculdubio consequetur quare Pater-
nitatem Vestram rogamus singulari ex affectu, ne illum
ipsum Nicolaum Jungen adversarium nostrum in vestris
et calce dominii pro nostra disciplina paternitas vestra
teneat aut in ibi morari permittat sed neque favorem
sibi praestet seu pro eo intercedat nec dubitamus quin
Sanctissimus Dominus Noster Papa et Sacro Sancta
Apostolica Sedes potius nostram Regalem conditionem
atque honestatem magnificet et diliget quam ipsius
Nicolai Jungen importunitatem quae digna depre-
cationem nostram in conspectu sua Sanctitatis spe-
ramus indubie locum habituram, Confidimus Paterni-
tati Vestrae pro Summa gratitudine nostra desiderio
nostro satisfacturam ac etiam nobis de eo si Pa-
ternitas

Paternitas vestra requisitioni nostra ceperit literis su-
is reddere certiorum Dato in Trokij Die Dominica in vo-
cavit Anno Domini Millesimo Quadringentesimo
Septuagesimo Primo.

Relatio Venerabilis Al-
berti de Zythlin A. Vicelanc.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]